

Die 16. Januarii.
S. MARCELLI I
Papæ et Martyris.

Introitus. Joann. 21, 15, 16 et 17.

SI dīligis me, Simon Petre, pasce agnos meos,
pasce oves meas.

Psalm .29, 2. Exaltábo te, Dómine, quóniam
suscepísti me, nec delectásti inimícos meos super
me.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat
in princípío, et nunc, et semper : et in sæcula
sæculórum. Amen.

Offertorium. Jerem. 1, 9-10.

Ecce, dedi verba mea in ore tuo : ecce, constítui te
super gentes et super regna, ut evéllas et destruas,
et ædífices et plantes.

Communio. Matth. 16, 18.

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo
Ecclésiám meam.